Clm 29157

7,3 factae sunt. In malitia sua laetifica
uerunt regem et in mendaciis suis
principes. Omnes adulterantes quasi
si clibanus succensus a coquente
Quieuit paululum ciuitas a com
mixtione fermenti. donec fer
mentaretur totum. dies regis nostri
Coeperunt principes furere a ui
no. extendit manum suam cum lusori
bus. Quia adplicauerunt quasi clibanum
num cor suum. cum insidiaretur eis.
Tota nocte dormiuit coquens
eos. Mane ipse succensus quasi
ignis flammae. Omnes calefacti sunt
quasi clibanus et deuorauerunt
iudices suos. Omnes reges eorum ce
ciderunt non est qui clamet in eis ad
7,8 me. Effraim in populis ipse commis
cebatur. Effraim factus est sub
cinericius qui non reuersatur.
Comederunt alieni robor eius et
ipse nesciuit. Sed et cani effusi sunt
in eo et ipse ignorauit. Et humili
abitur superbia israhel. In facie eius
non reuersi sunt ad dominum deum suum
et non quaesierunt eum in omnibus his.
Et factus est effraim quasi colum
ba seducta non habens cor.
Egyptum inuocabant ad assyri
os abierunt et cum profecti fuerint
expandam super eos rete meum.
Quasi uolucrem caeli detraham
eos. caedam eos secundum auditionem
caetus eorum. Uae eis quoniam recesserunt

a me. Uastabuntur quia praeuarica
ti sunt in me. et ego redemi eos. Et ipsi
loquuti sunt contra me mendacia.
Et non clamauerunt ad me in corde suo
sed ululabant in cubilibus suis. super tri
cum et uinum ruminabant. recesse
runt a me. Et ego erudiui et con
fortaui brachia eorum et in me cogita
uerunt malitiam. reuersi sunt ut esse
nt absque iugo facti sunt quasi arcus
dolosus. cadent in gladio principes
eorum a furore linguae suae. Haec subsa
natio eorum in terra aegypti. In gut
ture tuo sit tuba quasi aquila in do
mo domini; pro eo quod transgressi sunt
foedus meum. et legem meam praeuari
cati sunt. me inuocabant deus meus cogno
uimus te israhel. Proiecit israhel bonum ini
micus persequetur eum. Ipsi regnaue
runt et non ex me principes extiterunt
et non cognoui. argentum suum et
aurum suum fecerunt sibi idola ut
interirent. Proiectus est uitulus tu
us samariae. Iratus est furor meus
in eis usque quo non poterunt emundari.
Quia ex israhel et ipse est artifex fecit
illum et non est deus. Quoniam in aranearum
telas erit uitulus samariae. Quia
uentum seminabunt et turbinem
metent culmus stans non est in eis
germen. non faciet farinam. Quod
si et fecerit alieni comedent eam.
deuoratus est israhel. Nunc factus est VIII,8
in nationibus quasi uas inmundum

License: public_domain – München, Bayerische Staatsbibliothek, Clm 29265(7, 3r – Old Testament
(https://fragmentarium.ms/view/page/F-whvz/10120/73669)